

Andreas Krziczki, Petro Tomiczki
archidiacono Cracoviensi.

58

Venerabilis domine avuncule mi honoran-
dissime. Eram in Wrociszzewo finitor à
capitulo deputatus, quando literas mihi
à dominatione vestra Gawronski reddidit,
quibus me imprimis arguit, quod in ar-
gendis rebus meis minus diligens semper
percuterim. Fateor ita esse, sed per Deum
omnes immortales, quod vestre dominationis com-
modis mea semper posthabere soles, quodvè
egentem maxime in famulatu hoc sollici-
tarem pro pecuniis his, nisi summa neces-
sitate victus erubui, serius hoc à me fa-
ctum est. Sed utcumque, ago gratias domi-
nationi vestre, quod ex silice illo tantum
temporis exiit, donec in Poloniam vene-
rim, dabo tamen operam, ut Lanciciam in-
terea veniens, debitum hoc corradì possit
et exolveri quamprimum, timeo enim, ne ille
more suo veteri agens, incautum me inter-
oscitantes opprimat et perdat. Quare domi-
nationem vestram rogo, provideat ne ille
fidem mutet, neve turbas mihi aliquas mo-
liatur. Plura me repentinus domini Glowacz-
ki discessus non passus est lassum itine-
re nocturno presertim plura scribere. Domi-
nus reverendissimus iam bene valere incipit.

Com:

Commendo me dominationi vestra. La Sobi:
kow die 21. Maij anno Domini 1508.